



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

CX. Ejusdem praceptum pro Ecclesia Barcinonensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

tegritate sua atque adjacentiis quiete tenere atque possidere nemine inquietante. Similiter omnes alodes qui fuerunt Fredario & uxori sue Dentia-
ne, qui sunt in Carcassone, qui sunt infidelis no-
ster. Similiter omnes alodes Hostoliti & fratrum suorum, qui alodes sunt in Carcassone, infidelium nostrorum. Haec autem omnia cum Ecclesia, vil-
lis, silvis, vineis, pratis, & cum omni integrati-
tate sua Olibre in proprium concedimus & de jure nostro in ius ac dominationem illius solemnis more transferimus, ita ut ab hodierna die & deinceps quicquid ex predictis rebus facere voluerit, libera-
ram & firmissimam in omnibus habeat facienda sicut de reliquo rebus sua proprietatis nemine contradicente. Ut autem hujus nostra auctorita-
tis praeceptum pleniorum in Dei nomine firmata-
tis obtineat vigorem, manu nostra illud firmavimus, atque anuli nostri impressione subter iussi-
mus sigillari.

Signum Karoli glorioissimi Imperatoris Au-
gusti.

Andacer ad vicem Gauzlini recognovit.

Data 111. Idus Iunij, Indictione decima, an-
no XXXVII, regni Karoli glorioissimi Impera-
toris Augusti in Francia, & imperij eius secundo.

Aetum Carissimo palatio feliciter in Dei nomi-
ne. Amen.

Frotarius ambaçivit.

C I X.

*Ludovici II. Regis Francorum praeceptum
pro Ecclesia Parisiensi.*

An. 878.
Ex parvo chartulario Ecclesie Parisiensis.

IN nomine Domini Dei æterni & Salvatoris nostri Iesu Christi, Ludovicus misericordia Dei Rex. Si ecclesiasticis negotiis consulendo, quorum statum ad emeliorationem ob Christi amorem deducimus, ab ipso non dubitamus acci-
pere retributionem pro cuius hoc honore pera-
gimus. Noverit igitur omnium fidelium fæcile Dei Ecclesia nostrorumque praesens & futura fa-
gacitas quoniam Adelaidis carissima nostra con-
jux & Gauzlinus venerabilis Abbas ad nostram accedentes mansuetudinem deprecatus sunt ut in nostra mercedis augmentum semperque virginis intemerata genitricis Marie emolumenem Yngeluvino venerabilis Parisiensis urbis Episcopo & Iude Ecclesia, que est in honore sancte Marie matris Domini ædificata, per nostrum deno-
præceptum, patris nostri imitantes liberalitatem, abbatiam sancti Eligii, que est infra muros Parisi civitatis, ad ius ecclesiasticum habendam & ab ipso & ab omnibus successoribus suis aeterniter possidendum reconcederemus. Sed jamdiu-
venerabilis Episcopus Yngeluvinus deprecatus est ut ex ipsa abbatia quandam villulam que vocatur Gentiliacum cum Ecclesia & omnibus ad eandem villulam pertinentibus memorata sunt matre Ecclesia ad luminaria per hoc ipsum nostræ auctorita-
tis præceptum perpetualiter habendam conce-
deremus, cujus etiam preces spernere nolimus. Vnde ob Domini nostri Iesu Christi itaque geni-
tricis amorem nostræ concessionis iterum feci-
præceptum & jamdiu Yngeluvino venerabili

Episcopo atque sua matre Ecclesia dati iussimus, per quod supradictam abbatiam cum omnium lucarum rerum integrata tam ipse quam & om-
nes post eum futuri Pontifices libere teneant, si-
cut à genitor nostro institutum est, & more ec-
clesiastico perenniter possideant, eo scilicet ordi-
nem sicut & alias res que eidem matre Ecclesia con-
cessæ habentur, verum prefatam villulam Gen-
tiliacum, propriæ de lumina jugiter teneat; quam volumus ut nullus Episcoporum per acci-
denta tempora ad suam proprietatem detinet aut aliqui dare præfum, sed tantum ad lumina-
ria defervat. Eo si quidem pacto ut diem à Deo nobis concessæunctionis, que est vi. Idus De-
cembris, & diem nostri futuri obitus Praeful me-
moratus atque sui successores sub continua ora-
tionum Milliariumque assiduate cum omni clero
fibi commisso celebret, & refectiones in jam-
diis diebus in ultraque congregatio studio suffi-
mè peragantur. Ceterum pro præsenti utriusque Ecclesia emolumenito nobis reabilitare omni. Praeful pro nobis, conjugi, & prole, regnique
statu Domini misericordiam indeclinenter excorare
procuret. Et ut hec nostra denuo reconfirmatio-
nis auctoritas per omnia tempora inviolabiliter
conseretur, manu propria subter firmavimus, &
anulo nostro insigni iussimus.

Velfardus Notarius ad vicem Gozlini recogno-
vit & subscripti præceptum hujus exemplarie.

Datum 1 v. Non. Aprilis Indictione x. anno
1. regni Domini Ludovici glorioissimi Regis.

Auctum Parisiis civitate in Dei nomine felici-
ter. Amen.

C X.

*Eiusdem præceptum pro Ecclesia
Barcinonensi.*

IN nomine Domini Dei æterni & Salvatoris nostri Iesu Christi, Ludovicus misericordia Dei Rex. Si sacerdotibus in quibuslibet necessariis ecclesiasticis nostra auctoritate sublevan-
dis consulimus, & secundum suum liberius exequendum opem ferimus, à summo Pontifice Domino nostro Iesu Christo æterna remuneratio largiri nobis premia non ambigimus. No-
tum sit igitur omnibus fidelibus sanctæ Dei Ec-
clesie nostrisque praesentibus scilicet & futuris qui venerabilis Frodoynus Barcinonensis Epis-
copus de nocturn accedens clementiam depreca-
tus est regiam celititudinem nostram quatenus ip-
sam Eccleiam & sedem Barcinonensem sub im-
munitatis nostræ tutione susciperemus, sicut Demnum genitorem nostrum Karolum Impera-
torem confit fecisse. Cuius precibus liber ac-
quiescentes præcipiendo jubemus ut nullus judex publicus vel quislibet ex judicaria potestate in Ecclesiis aut loca aut agros seu reliquias posseficio-
nes quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territorio infra ditionem regni nostri iuste & legaliter memorata tunc vel possidet Ecclesia, vel ea que deinceps à catholicis viris divina pietas in jure ipsius Ecclesie tam ingenuos quam ser-
vas super terram ipsius voluerit angeli, ad caulas

An. 878.
Ex char-
tulario Ec-
clesie Bar-
cinonensis.

audiendas , aut freda vel tributa exigenda , aut manfiones vel paratas faciendas , aut fidejusfores tollendos , aut homines ipsius Ecclesie tam ingenuos quam seruos super terram ipsius commanentes vel fracos injustè nec justè distingendos , nec ulla redibitiones aut illicitas occasiones requirendas , nostris & futuris temporibus ingredi audeat , vel ea que superius memorata sunt penitus exigere presumat ; sed liceat memorato Praefuli suisque successoribus res praedictæ Ecclesiæ cum omnibus sibi subjectis sub immunitatis nostræ defensione quieto ordine possidere & nobis fideliter deservire . Petuit etiam idem venerabilis Frodoynus Episcopus ab amore Dei & reverentiam sanctæ crucis , in cuius honore praedicta Ecclesia Barchinonensis dedicata est , & sanctæ Eulalie , cuius corpus in ipsa Ecclesia requiecit , ut canonicanum restaurare eidem Ecclesiæ , quæ penitus destrutta esse videtur , ei concessimus , & auxilium sive adjutorium præberemus . Nos ergo ob remunerationem meritis animas nostras concedimus eidem Episcopo licentiam canonicanam ejusdem Ecclesiæ restaurandi . Et ad ipsam Ecclesiæ per hoc præceptum nostræ autoritatis confirmamus cellam sanctæ Eulalie & sancti Genesij , sicut Iovencianus Presbyter de heremo traxit , & quod incultum reliquit , cum omnibus appendicis suis , molinis , terris , & hotatis , & agrum qui est situs juxta strata publica prope villam Pinellos , & cellam quæ est pagi Gerundensis , sive sancti Martini Ecclesiæ , cum vicinis & filiis & villis sibi pertinentibus , & domum sancti Cucuphati & sancti Felicis ad locum Octavianum cum aprisionibus & adjacientiis & omnibus ibidem pertinentibus , sicut Ostofredus Abba per præceptum tenuit , domum sancti Genesij & sancti Martini sitam in rivo Tenesi , & villa quæ dicitur Codex cum speluncis , molinis , terris cultis & incultis , & omnibus adjacientiis suis , item domum sancti Martini ad locum maritimum , juxta rivo Argentona , cum villaricello desuper positos , cum terminis & adjacientiis suis . Item concedimus praedicta Ecclesiæ seu venerabili Episcopo praedicto de proprietate nostra locum qui dicitur Riellos , situm in latero montis Signi , juxta alodium Baroni , & villam quæ dicitur Breda , & villam Campinos cum exemplariis , ædificiis , cisticis , & vineis , terris cultis & incultis , & cum omnibus adjacientiis ibidem pertinentibus , cum domo & vinea vel horto quod ibi ædificavit Oroligius Presbyter , & villaricello quod dicitur Cerdanus per summitem montis Signi usque in rivo Tordaria ; excepto quod Spani homines de heremo traxerunt . Et in alio loco , villare quem dicunt de Provasio , & Ecclesia sanctæ Mariæ ibidem sita . & villaricello qui sunt per ipsa ferram de ipso monte , unde ipsa strata dividit usque ad aliam stratum quæ pergit de Gerunda ad Barchinonam . Concedimus insuper et tertiam partem telonei , sicut Bernardus Marchio noster per præceptum genitoris nostri ei acceptavit de suburbio loci ipsius , tam de mari quam omnimecationi , & de heremis terra , & de portatico , & de moneta . & villam , id est Romanos , cum villaricello desuper positio , juxta domum sancti Stephani , & alteram villam Rodaldicum suis ad-

iacentiis , sicut in præcepto Domni genitoris nostri continetur , seu domum quæ in civitate est Barchinona , sicut Adalulfus Episcopus habuit . Concedimus ei agrum suum prope civitatem Barchinonam quem haecenus Godus nomine Recensius de potestate Ioannis Episcopi multæ & absque lege tenuit . Volumus etiam ut præfatus Episcopus siue sibi commissi pro nobis , conjugæ , ac prole Domini misericordiam exorare non neglegant . Ut autem hæc nostræ munificentæ auctoritas firmior habeatur , & nostra largitas semper in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem , manu propria subter eam firmavimus , & anulo nostro insigniti jussimus .

Signum Ludovici glorioissimi Regis .

Vulfardus Notarius ad vicem Gozleni recognovit .

Datum v. Idus Septembri Indictione xi. anno primo regni Domini Ludovici glorioissimi Regis .

Aetum Trebas civitate in Dei nomine feliciter . Amen .

C X I.

Karlomanni Regis Italie præceptum pro monasterio sanctæ Christinae .

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis . Karlomanni divina favente gratia Rex . Ex veteri codice .
Quicquid pro Dei summi amore sanctorum ipsius vegetatio .
ratione sacratis locis impendimus , ad nostri augmentum regni non diffidimus profuturum . Idcirco univerorum sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostri unquam fidelium præsentium scilicet & futurorum sagacitas noverit quod nos tam divinitati instinctu quam sempiternæ retributionis compulsi intuitu ad reprobationem nobis nostris que parentibus coelestem Regem & dominatorem omnium , beatæ virginis & martyris Christine cenobium in Italico regno confectum hand procul à curte regia qua Ollona dicitur , ubi venerabilis Abba Trafaoldus præesse videtur , cum omnibus qui sub cura & ditione ipsius sunt famulis Christi , cunctisque rebus ac familiis ad cundem locum respiciuntibus , sub nostrum mundeburdum & perennem tuitionem suscepimus . Confirmamus quoque solemniter & per hanc nostræ auctoritatis paginam corroboramus quicquid eidem venerabili monasterio in rebus mobilibus & immobiliibus a tempore constitutionis sua usque in præsens ex dono præfcorum Regum Reginarumque tam antecessorum quam propinquorum nostrotum seu aliorum quorumlibet fidelium largitione , collatione , vel qualunque oblatione divina pietas contulit aut largiri dignabitur in posterum , ut habeant illud atque possident famuli Christi iure quieto ac pacifice sub nostræ immunitatis protectione illæsi jugiter permanentes , & pro nostri statu regni altissimum rogantes , omni nostra heredumque nostrorum ac successorum molestatio ne , inquietudine , vel subtractione remota . Volumus denique ut quotienscumque vel undecunque opus habuerint , de rebus & famulis ejusdem monasterii tamquam de dominicatis nostris per pulsos